

NOTANDUM.

IN binis his indicibus Nominum Mutatorum (metuentes scilicet ne nimis longi forent, et contenti si ab omni possibili errore præcaveretur) simplicia tantum inscripsimus medicamenta, quorum nomina præcipua et usitata, in Historia Naturali *generica* dicta, mutavimus; cujusmodi sunt Anethum fœniculum pro Fœniculo, Anthemis nobilis pro Chamæmelo, Gentiana centaureum pro Centauro minore: omisimus vero simplicia omnia quorum nomina priora *generica* manent, adjectis tantum ipsorum nominibus *specificis* aut *trivialibus*; cujusmodi exempla sunt Digitalis purpurea, Rheum palmatum, Papaver somniferum.

PARI ratione sat esse putavimus in utroque indice notâsse nomen mutatum uniuscujusque medicamenti simplicis, omisiss plerumque titulis compositorum aut præparatorum quæ
ex

ex eo fiunt: sic indicavimus Laurum Cinnamomum dici pro Cinnamomo; omisimus vero Aquam, Spiritum, et Tincturam Lauri cinnamomi, confisi neminem, de horum nominibus novis aut dubitare posse aut errare.

INDEX